



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 41. Quorumdam molimina pro Paceceo Cardinale in Papam nominando.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

„gio in Hispaniam proficiscenti imposuit, **Sæcul. XVI.**  
„ideo hic homo tanto munere indignus **A.C. 1559.**  
„tam honorifica legatione ornatus fuit,  
„atque insuper effecit, ne Joannes Fi-  
„gueroa a Rege Romam missus a Pon-  
„tifice admitteretur, ut scilicet ipse, qui  
„jam Romæ erat, illo excluso in ejus  
„locum sufficeretur, hinc ob id ego  
„jam, qui tunc in Italia cum summo im-  
„perio eram, illum fraudis convictum  
„in carcerem conjici jussi: itaque Phi-  
„lippus decretiv eum revocare, & de-  
„bita castigatione multare: interea  
„Mondejaræ Marchionis filio, qui Romæ  
„est, sedulo mandavit, ut curaret, ne  
„huic negotio Vargas ullo se pacto in-  
„terponeret, omnemque illi auctorita-  
„tem suo nomine abrogaret. Præterea  
„Albanus rei retardatæ culpam in Car-  
„dinalem Caraffam rejiciebat, qui, ut  
ajebat, privatis rebus studens, publi-  
cam libertatem impediens. Ceterum  
his omnibus querelis id tandem effe-  
ctum, ut deinceps majori ardore elec-  
tioni insisteretur.

### §. XLI.

#### *Quorundam molimina pro Pacceco Cardinale in Papam no- minando.*

Interea Cardinalium quamplurimi Pac-  
ceco Cardinali sua deferre suffragia

*Pallav. hist.  
Conc. Trid.  
l. 14. c. 10.*

X 5

decre- num. 5.

**Sæcul. XVI.** decreverant; tanta enim erat hujus Purpurati existimatio, ut aliquamdiu de ipso solo in Papam eligendo ageretur, quinimo die decima octava Decembri illius electio tam certa credebatur, ut pro antiquo abusu jamjam in ejusmodi eventibus in consuetudinem abeunte Cardinalium famuli cubile Pacceci de prædari, ac evertere molirentur. Præterea, cum in prima suffragiorum collectione plures eidem faverent, assumpta, quam *accessum* vocant, electionis norma Carpiensis Cardinalis aperte eidem suum detulit suffragium, ceterosque, ut ejus exemplum imitarentur, hortatus est, unde Paccecus solus vixinti septem suffragatores habebat: cum vero hic numerus nondum sufficeret, sacrum Collegium mox mutata rerum facie nec Hispanum, nec Gallum in Papam eligere statuit.

### §. XLII.

#### *Medicæus Cardinalis in Papam electus.*

*Pallav. n. 8.* Ergo Purpurati in Cardinalem Man-  
*Thu. Spond.* tuanum, qui jam antea a Ferrarensi Cardinale proponebatur, propen-  
*hoc ann.* dere incipiunt; verum hujus electioni  
*num. 37.* Farnesius, & Caraffa sese vehementer  
*Ciccon. t. 3.* opponentes, eundem penitus excludunt  
*p. 867.* unde crebræ oriebantur contentiones,  
*Ruynd.* quibus  
*ad hunc*  
*ann. n. 38.*